apostolo oportet quod sint hereses ut qui proba
ti sunt manifesti fiant in nobis. ad pro
bandum igitur qui sint xpi fideles ex
nobis hic utique ad hoc nisi a sua conuer
tatur nescientia dampnationis cumulu
et ut augmentum glorie si constanter
in fide perseueraueritis sustinetur. Quo
circa fraternitatem uestram rogamus et
obsecramus in domino uobis per apostolica s
cripta mandantes quatinus conside
rantes quod illi tota mente debetis obsis
tere quem dominus a sua facie tamquam sibi
horribilem et reprobum noscitur abie
cisse in timore dei ac deuotione sedis apostolice
inconcussi et stabiles persistentes huic me
bro Sathane suisque complicibus et sibi
adherentibus nullatenus pareatis nec ei
uel eius fautoribus impendatis quouis
auxilium consilium uel fauorem publi
ce uel occulte. Ad hec idem fides ac uestre et
commisse salutis exhortationibus inducen
do. Pro firmo tenentes quod presens fidei
uestre sinceritas numquam ab ecclesie memoria
excidet sed ita remanebit ad uestrum hono
rem et comodum indelebilis sine fine. Et
Rursus nos attendentes quod perscriptionis
sue brachia et alia quecumque per eundem L.
contra quascumque Ciuitates ac comita
tes seu personas singulares ut premittitur
attemptata de facto nulla cassa et irrita
sunt penitus uelut ab illo presumpta
de facto qui nullam habuit nec habebat super
hoc potestatem ea nulla cassa et irrita
esse ac fuisse pronunciamus et quatenus
inius de facto processerint illa cassamus et
irritamus et etiam annullamus. Et ut
hec ad omnium deducantur noticiam ac
clerus et populus earum partium sibi prouide
re cautius ualeant ne predicti dampna
nati et reprobi hominis eiusque compli
cium et fautorum inficiantur contagioni
bus nec penis et sententiis dictorum processuum
inuoluantur. premissa per dictum Ludoui
cum sicut premittitur attemptata fuis
se ac esse nulla cassa et irrita predictum
quod Ludouicum diuersis excommunicationum sententijs 1324

innodatum ac iure predicto si quod sibi
ex dicta electione umquam ad Regnum uel
Imperium forsan competijt omnibusque pri
uilegijs apostolicis et imperialibus ducatu
Bauarie feudis bonis iurisdictionibus hono
ribus libertatibus et immunitatibus quibus
cumque priuatum necnon de fautoria he
reticorum ac diuersis heresibus et scismate
finaliter condempnatum subiectum quoque
ac ligatum omnibus penis et sentencijs iu
ris uel hominis contra fautores hereticorum
ac hereticos et scismaticos promulgatis
et inflictis denunciare sollempniter ac et
publicare in ecclesijs et locis earum partium
de quibus uobis uidebitur singuli uestrum
scilicet in singulis uestris Ciuitatibus et dioc.
per uos uel alium seu alios prauentis et
inchoauimus de personis ecclesiasticis et secula
ribus que prefato L. adheserint fauerint
ei et prestiterint auxilium consilium uel
fauorem summarie de plano simpliciter ac si
ne strepitu et figura iudicij fideli adhi
bita diligentia inquirentes nos de illis
studeatis per inquisitiones easdem fideliter
efficere certiores. Datum v. kl. Junij anno xvj.

In eundem modum Johanni Episcopo Lingonensi
administratori ecclesie Basiliensis in spiritualibus
et temporalibus auctoritate apostolica deputato. mutatis mutandis.

In eundem modum .. Episcopo Constantiensi
mutatis mutandis. Datum ut supra.

Ministro prouinciali Fratrum ordinis
Minorum Alamannie superioris.

Dudum nobis exposito quod nonnulli fratres
ordinis tui Minorum in dicta tibi prouin
cia comorantes qui pro eo quod Ludouico
de Bauaria et Michaeli de Cesena de
diuersis heresibus et scismate finaliter
condempnatis suisque sequacibus et fauto
ribus uel alicui seu aliquibus eorundem adhe
serant et fauerant excommunicationis et alijs diuersis
penis et sententijs noscebantur existere innodati
ab eisdem adhesione ac fautoria desistere
penitus et ad gremium et mandata ecclesie
redire contritis et humiliatis cordibus
cupiebant nos eis sua … contritio no
lentes salutis et misericordie ianuam aperire